

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[63\] : De Aurora](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [63] : De Aurora

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[63\] : De Aurora](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 02 : De Aurora](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[63\] : De l'Aurore](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[63\] : De l'Aurore](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Présentation du document

Publication [Francfort, André Wechel, 1581](#)

Exemplaire [Regensburg \(Allemagne\), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307](#)

Formatin-8

langue(s) [Latin](#)

Pagination [p. 1050](#)

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Aurore](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024



honorificos: nam multis pernicioſa fuit ambitio, & honores ac magiſtratus præter dignitatem conceſſi.

De Aurora.

Enimuero non ſolum motus Solis, & planetarum nonnul-
lorum, per fabulas expreſſerunt antiqui, ſed etiam cum talia vel
talia nobis apparerent ſidera, illorum vires explicarunt. tum ap-
parentem lucem ante ortum Solis, cum primum cœlũ rubelcit,
auroram vocarunt, quia ſub exortum Solis aura lenis plerumq;
ſpirate conſuevit: quam lucem cum interiectis ſurgentibus va-
poribus intueamur, rubetẽm videmus, vnde roſea vocata fuit.
Quæ de Memnone tradita ſunt memoriæ, cum is orientis re-
gionibus impetauerit, omnia ad hiftoriam ſpectant.

De Tithono.

Nulla alia de cauſa fictam fuiſſe Tithoni fabulã crediderim,
quod in cicadam deniq; fuit mutatus ob longam ſenectutem,
niſi vt oſtenderent mortem eſſe omnium calamitarum ac mi-
ſeriarum humanarum finem, quæ Deorum immortalium be-
neficio ſit hominibus conceſſa: quippe cum Tithonus, cui im-
mortalitas Auroræ precibus impetrata fuerat, ſupplex à Dijs pe-
tuerit, vt ſibi liceret mori, cum ſatius eſſe duceret ſemel inter-
ire, quam ſemper eſſe miſerum, naturæque difficultatibus
infeſtari.

De Paſiphæe.

Per Paſiphæes verò fabulam animæ noſtræ naturam anti-
qui oſtendebant: eſt enim anima hominum Minois vxor vi-
ri iuſtiſſimi, quod omnia noſtra negotia debent eſſe cum ra-
tione coniuncta, vbi verò illegitimarum rerum appetentia in-
ſtammata fuerit, aut cupiditate exarſerit alicuius turpitudinis,
aut ira incaluerit plus æquo, deſciueritq; aliquo pacto ab ipſa
ratione: tum dicitur cõmittere adulterium, & cum tauro con-
gredi, ex quo mōſtrum parit. nam qui ſemel leges cõtemnere
æquitatemq; didicerit, difficillimè poſtea poteſt intra iuſtitie
clathros coerceri: quare multa poſtea & pernicioſa monſtra ex
iniqua animi conſuetudine naſcuntur.

De Circe.

At per Circes fabulam, quæ dicta eſt à miſcendo, significa-
runt animalium & plantarum generationem, quod in ea ne-
ceſſe ſit humorem à calore miſceri: quare miſtio hæc Solis &
humoris ſilia fingebarur. miſcentur enim ab ipſa natura inter
ſc ele-